*Antal Beatrix*

# Giambattista Guerrieri S.I., a *Collegium Germanicum et Hungaricum* rektorának levelei gróf Eszterházy Károly püspökhöz

A *peregrinatio academica* gyökerei egész a középkorig nyúlnak vissza, a magyarországi diákok ekkor még főleg az észak-itáliai egyetemeken gazdagították tudásukat, itt keresték a kapcsolatot a korszak kiemelkedő európai gondolkodóival.[1]

A XVI. század kezdetétől azonban, ahogy a reformáció hazánkban is egyre nagyobb teret hódított magának, a külföldi egyetemlátogatás egyre inkább a svájci (Genf), a németalföldi (Leiden) és a német evangélikus egyetemekre (Halle, Wittenberg, Tübingen, Göttingen) irányult.[2]

A katolikus megújulás és a tridenti zsinat ezen a téren is jelentős változást hozott. 1552-ben létrejött Rómában a *Collegium Romanum*, majd ennek mintájára sorra alakultak a hasonló intézmények, ahová egy-egy ország püspökei elküldhették az arra érdemesnek ítélt diákokat.[3] A hazai főpapjaink által kiválasztottak az 1552-ben alapított *Collegium Germanicum*ban szívhatták magukba a *Ratio Studiorum*on alapuló ismeretanyagot.[4] De nem csak az Örök Városban nyíltak szemináriumok a tanulni vágyó *alumnus*ok számára. További intézmények létesültek Bécsben (1574), Prágában (1576), Grazban (1577), Braunsbergben (1579), Olmützben (1579), 1583-ban pedig már Kolozsvárott nyithatta meg kapuit a pápai és királyi szeminárium.[5] Az intézmények alapításában elsődleges célként természetesen a megfelelően képzett papság kinevelése, a katolikus egyház vezető szerepének visszaállítása szerepelt.

Az önálló magyar szeminárium, a *Collegium Hungaricum* 1579-ben nyithatta meg kapuit.[6] Önállósága sajnos rövid életűnek bizonyult, már 1580-ban egyesítették a német kollégiummal, és ezentúl *Colleguim Germanicum et Hungaricum* néven fogadta a peregrinusokat.[7] Ez azonban egyáltalán nem csökkenti az intézmény jelentőségét: a XVII. és XVIII. század során, amelyet nemcsak a kollégium, de a magyar katolikus egyház virágkorának is tekinthetünk, a kollégium számos növendéke emelkedett püspöki vagy érseki rangra. Az 1625 és 1799 közötti tizenöt egri püspökünkből tizenkettő ebben az intézményben végzett.[8] A volt hallgatók Itáliából magukkal hozták az európai kultúrát, megismerték a kor tudományos felfedezéseit, az itáliai művészetekkel, az ottani irodalommal gazdagodva egyházmegyéiket a barokk műveltség és szellem jegyében építették újjá, a Rómában megszerzett teo-

---

1 Veress, 1941.

2 Adriányi, 1975. 173–191.

3 A további nemzetek római szemináriumaira: Bitskey, 1996. 22–28.

4 Az itt tanuló diákok névsora: Veress, 1917.; újabban Bitskey, 1996. 38–40.

5 Az ezen egyetemekre irányuló peregrinációról, illetve a szemináriumok alapítási körülményeiről: Balázs–Monok, 1990.

6 Alapítására: Fraknói, 1887. 401–418.; Mihályfi, 1896. 188–198.

7 Az intézmény történetének alakulásáról, az egyes egyházmegyékből érkező diákjainak számáról: Bitskey, 1996.

8 Bitskey, 1996. 127.

lógiai tudásuk alapján pedig hozzákezdhettek egy magasabb szintű hazai papkézés alapjainak lerakásához.

Az itt következő források közzétételével ezen intézmény történetéhez, életéhez nyújtok némi adalékot. Az egri püspök római ágensének dokumentumai közé keveredett, lappangó iratokról lévén szó hozzáférhetővé tételük másként nem igen lehetne megvalósítható.[9]

Az alábbiakban közölt kilenc levél mindegyikét Giambattista Guerrieri, a római *Collegium Germanicum et Hungaricum* jezsuita rektora[10] írta, saját kezével. A levelek a kollégiumban tartózkodó vagy épp odaérkező egri diákok viselkedéséről, tanulmányi előmeneteléről, hogylétéről számolnak be Eszterházy Károlynak.[11] Az iratokból kiderül, hogy nemcsak az egri főpap, de a kollégiumot vezető rektor is kiemelt figyelemmel kísérte az ott tartózkodó magyar *alumnus*okat. Nem zárható ki, hogy Guerrieri személyesen is ismerte Eszterházyt, és talán ennek köszönhető buzgó odafigyelése az intézmény falai között tartózkodó egri peregrinusokra.

### 1.
### Róma, 1768. november 2.

*1. A rektor értesíti Eszterházyt Nemespataky megérkezéséről a kollégiumba, aki a püspök levelét és ajánlását is magával vitte.– 2. Nemespataky jellemét a rektor fejlődőképesnek tartja.*

Exc[ellentissi]me ac Re[verendissi]me domine domine mihi Colendissime

[1.] Heri ad hoc Collegium Germanicum Hungaricum feliciter pervenit d[ominus] Nicolaus Edelspacher,[12] a quo redditae mihi fuerunt humanissimae litterae d[omini] S[uae] Exc[ellentissi]mae. [2.] Optima illius indoles spondet non mediocrem progressum, nobisque solatio futurum. Ego sanè nec curae, nec diligentiae parcam, ut communibus votis respondeat, et probè noscat, quantum apud me pondus habeant commendationes d[omini] S[uae] Exc[ellentissi]mae, cuius caeteris mandatis me paratissimum exhibens, omni cum veneratione costanter persevero.

D[omini] S[uae] Exc[ellentissi]mae, ac R[everendissi]mae

Romae 2 Novembris 1768 Humillimus obsequentiss[im]us servus
Jo. Bapt[ist]a Guerrieri S. I. rector[13]

---

[9] A levelek az Egri Érseki Levéltárban, az ágensi levelezések között találhatóak. Az itt fellelhető leveleknek nincs külön jelzetük, az ágensi iratok száma: *Archivum Vetus*, isz: 2266. rsz: 314.

[10] Giambattista Guerrieri 1768 és 1773. áprilisa között irányította az intézményt. STEINHUBER, 1895. 148, 150–151.

[11] Eszterházy Károly 1762 és 1799 között állt az egyházmegye élén. 1745 és 1748 között maga is a *Collegium Germanucum Hungaricum* diákja. BITSKEY, 1996. 237.

[12] Nemespataky Miklós 1768 és 1771 között a kollégium diákja. Az *Edelspacher* nevének német változatából ered. BITSKEY, 1996. 252.

[13] Az intézmény 1773-ig, a rend feloszlatásáig, állt a jezsuiták irányítása alatt.

## 2.
## Róma, 1770. július 4.

*1. Bár idén 44 diák kérte felvételét a kollégiumba, a rektor, illetve a megtartott kollégiumi gyűlés mégis jóváhagyta az Eszterházy által jelölt két diák kollégiumi helyét.– 2. A rektor már nagyon várja, hogy találkozhasson a két diákkal, és elküldi a beiratkozási szabályokat tartalmazó előírást.*

Eccellenza Reverendissima

[1.] Benche quaranta quattro candidati chiedssero questo anno l'ammissione in questo coll[egi]o, con tutto ciò nella congregazione tenutati [!] domenica passata furono ammessi ambedue i giovani proposti, e raccomandati da V[ostra] E[ccellenza],[14] ed ho tutto il piacere, che sia fatta la dovuta giustizia al suo singolo merito, ed alle sue premare se nell'accettazione ho procurato di far conoscere qualsia la stima, e la venerazione, che professo a V[ostra] E[ccellenza], molto più lo farò conoscere specialm[en]te ai due giovani, quando saranno venuti coll'impegno, che non risparmierò a di loro vantaggio.
[2.] Mi prendo la libertà di trasmettere il solito foglio d'istruzione per regola dei candidati,[15] e supplicandola a continuarmi l'onore de suoi pregiatissimi commandi col maggiore ossequio mi confermo.

Di V[ostra] E[ccellenza] R[everendissi]ma

Roma 4 Luglio 1770

Umilissimo obligatiss[im]o servitore
Giambattista Guerrieri rett[or]e del Coll[eggi]o
Germ[anic]o Ung[aric]o

M.[e] V. d'Agria

## 3.
## Róma, 1771. április 20.

*1. Guerrieri beszámol Nemespataky előző napi távozásáról, akinek bizonyítványát már elküldte Eszterházynak.– 2. Jellemzi a diák előremenetelét mind irodalmi, mind vallási téren, és reméli, hogy a hazai környezet, illetőleg a püspök személye kedvező hatással lesz az egykori diák jellemére.– 3. Elismerő szavakkal illeti a másik két, kollégiumban maradt diákot is.– 4. Levele végén pedig iskolája számára egy képet kér Eszterházytól.*

Ill[ustrissi]me, Exc[ellentissi]me, ac Rev[erendissi]me domine domine
Colendissime

---

14 A két diák, akik 1770-ben együtt kezdték meg tanulmányaikat: Bernay József és Dudássy Sebestyén. BITSKEY, 1996. 232., 236.
15 Az említett dokumentum nincs a vizsgált anyag között.

[1.] Discessit ex hoc Collegio d[ominus] Nemespataky, cuius testimonium ad dominationem Vostram Exc[ellentissi]mam iuxta morem transmitto, quique magis tam in litteris, tam in pietate profecisset, si domesticam disciplinam magis observasset, neque ita facilè suae indoli indulsisset. [2.] Bono sanè ingenio praeditus est, et dominationis Vostrae Exc[ellentissi]mae auctoritas facilius eumdem intrà prudentiae, et modestiae limites continebit, adeoque spero Agrienti ecclesiae ornamento, atque utilitati futurum. [3.] Meliora sincerè asserere possum de alumnis Dudassi, et Bernay, qui sanè meliora pollicentur; nec umquam muneri meo deer[r]o, ut communibus votis resondeant. [4.] A d[omino] Nemespataky historia huius collegii typis edita dom[ini] V[ostr]ae Exc[ellentissi]mae nomine meo tradetur, et humillimas meas preces enixè instauro, ut dignetur suam imaginem transmittere, quae plurimum huic collegio decus afferet, caeterisque alumnis ad virtutem incitamentum. Ad omnia sua mandata me paratissimum exhibeo, et summâ cum veneratione permaneo dominationis Vestrae Ill[ustrissi]mae, Exc[ellentissi]mae, ac Rev[eren]d[issi]mae

Romae 20 Aprilis 1771 Humillimus, et obsequentiss[im]us servus
Jo. Bapt[ist]a Guerrieri

## 4.
## Róma, 1771. június 29.

*1. A rektor Nemespataky magatartását, mióta a kollégiumból távozott, egyre rosszabbnak ítéli meg.– 2. Mindezek ellenére a rektor bízik abban, hogy idővel a diák ezen tulajdonságait kinövi.– 3. A másik két római diákról csak elismerőleg tud nyilatkozni.*

Ill[ustrissi]mo, Ecc[ellentissi]mo, Re[verendissi]mo sig[nor]e sig[nor]e Col[endissi]mo

[1.] Ho sempre sperato, che il sig[nor]e Nemespataki dovesse moderare il suo naturale, e correggere i suoi difetti, come egli stesso già volte m'aveva promesso, e perciò non ho voluto disturbarne colla notizia Vostra Eccellenza, ma le mie speranze sono riuscite vane, specialmente negli ultimi mesi della sua partenza da questo collegio. [2.] Egli poteva, e doveva con maggior diligenza, ed impegno applicare allo studio, e allora avrebbe meglio corrisposto al suo impegno, e assai più profittato. Le sue frequenti inosservanze della domestica disciplina, la lega coi più inosservanti, la mancanza del silenzio nella scuola, nelle ripetizioni, e specialmente nel coro, la negligenza nell'alzarzi [!] di letto la mattina, il non molto rispetto alle leggi, ed ai superiori del collegio non anno giovato alla di lui stima, ne alla edificazione de compagni. Nonostante[I] il giuramento prestato, e la dichiarazione rinnovata l'anno scorso dagli E[minentissi]mi protettori, ha voluto arrivare ai confini dell'Italia, quantumque ne fosse efficacemente dissuaso dal suo ottimo compagno di viaggio sig[nor]e Szabo, il quale vedendolo ostinato in questa risoluzione, per prov[v]edere alla propria coscenza, ne chiese, e ne ottenne per se la

[I] Eredetileg külön írva: non ostante

dispensa da Sua Santità. Non dubito, che questi difetti saranno emendati dall'età, da una maggiore esperienza, e riflessione, e molto più dall'autorità di V[ostra] E[ccellenza], e perciò spero, che sarà di vantaggio a codesta rispettabile chiesa.
[3.] Con tutta sincerità devo dare migliori notizie di questi due suoi diocesani, che rimangono, i quali non anno bisogno di stimolo nella pietà, e nello studio, e corrispondono egregiamente ai comuni desideri. Colla stessa sincerità devo assicurare V[ostra] E[ccelenza] del mio rispetto e della mia prontezza in obbedirla, e qualora si degnerà commandarmi, riconoscerà cogli effetti la venerazione, e l'ossequio, con cui mi confermo.

Di V[ostra] S[ua] Ill[ustrissi]ma R[everendissi]ma

Roma 29 Giugno 1771

Umilissimo obligatissimo servitore
Giambatt[ist]a Guerrieri Rett[or]e del
Coll[egi]o Germ[anico] Ung[aric]o

### 5.
### Róma, 1771. szeptember 7.

*1. A kollégium egri diákja, Bernay az elmúlt napokban jelentős félelmet keltett az intézmény életében, mivel beteg volt, de most már jól van.– 2. A másik egri diák kitűnő erőben van, és minden téren kiválóan viselkedik.*

Illustrissime Excellentissime, ac Reverendissime domine domine mihi
Colendissime

[1.] Non mediocrem praeteritis diebus timorem nobis iniecit Joseph Bernay huius collegii alumnus,[16] qui circa finem augusti repetitis vicibus sanguinem, licet non in magna copia, et ove emisit, non sine aliquo pectoris dolore; sed modo non mediocriter recreati sumus, cum non solum convaluerit, sed bene etiam se habeat. Nil intentatum relictum est, et omnis cura adhibita, ut periculosi morbi vis retunderetur, et Algrotus quam citissimè convalesceret; curae et diligentiae optatus exitus respondit, quem constantem futurum confido. Interim de iis omnibus dominationem Vestram Excellentissimam, uti muneris mei ratio postulabat, certiorem reddere volui, simulque significare, quod nimius eiusdem alumni in studio conatus in causa fortasse fuerit, ob quam memoratum incommodum expertus est.
[2.] Andreas vero Dudassi[17] optime valet, optimeque in omnibus se gerit, nec quidquam in eo dessiderandum est. Ad omnia dom[inatio]is V[ostr]ae Exc[ellentissi]mae mandata paratissimum me exhibeo, et omni cum veneratione, et obsequio constanter permaneo.

Dominationis Vestrae Ill[ustrissi]mae, Exc[ellentissi]mae, ac Reverendissimae
Romae 7.[a] Septembris 1771

Humillimus, et obsequentissimus servus
Jo. Bap[tis]ta Guerrieri S. I. rector

---

16 Bernay 1772-ig folytatta tanulmányait a kollégiumban. BITSKEY, 1996. 232.
17 Dudassy 1773-ban hagyta el az intézmény falait. BITSKEY, 1996. 236.

## 6.
## Róma, 1771. november 2.

*1. A rektor megköszöni Eszterházynak azt az igen-igen szép képet, amelyet előző nap Georgius Merenda átvitt neki, és amelyet már el is helyezett.– 2. Ismételten dicséri az egyházmegye ott tartózkodó diákjait, kiváltképp Bernayt, akinek erkölcsi vizsgája szeptemberben lezajlott, teológiai vizsgájáról pedig már értesítették az iskolai felügyelőt.*

Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime domine domine
Colendissime

[1.] Hesternâ die missa mihi fuit a d[omino] Merenda[18] pulcherrima sanè imago dominationis suae Excellentissimae, quae inter coeteras collocata iam est. Gratulor hoc novum additum alumnis omnibus ad pietatem, et studium incitamentum, et non meo tantum, sed collegii totius nomine gratias ago maximas domin[ation]i Suae Exc[ellentissi]mae, aeternasque habebo.
[2.] Duo piaestantissimae istius dioecesis alumni optimum, quod instituerunt iter, constanter adhuc prosequuntur, et Josephus Bernay cum non mediocre tum ingenii, tum studii specimen dederit in examine de more habito mense septembri, theologiae polemicae bidellus renunciatus est. Ad omnia dom[inationi] Suae Exc[ellentissi]mae mandata me paratissimum exhibeo, et omni cum veneratione permaneo

Dom[in]is Suae Exc[ellentissi]mae, Ill[ustrissi]mae, ac R[everendissi]mae

Romae 2.a Novembris 1771

Humillimus servus obsequentiss[im]us
Jo. Bap[tis]ta Guerrieri S. I. rector

## 7.
## Róma, 1771. november 30.

*1. A rektor beszámol Eszterházynak az új dekrétumról és annak másolatát is elküldi, mivel nem tudja, hogy erről diákjai értesítették-e már vagy sem.– 2. Júliusban az a hír terjedt el, hogy 26 horvát és magyar diák között bizonyos viták alakultak ki, és ezért szétválasztják őket.– 3. Ezek a vádak azonban alaptalanok és a rektor sem hisz bennük.– 4. A határozat értelmében ezen náció diákjainak a száma nem haladhatja meg a tizenkettőt, a horvát és magyar diákok közös dékánt választhatnak, országaik védőszentjének ünnepét közösen megülhetik.*

Illustrissime, Excellentissime, ac Reverendissime domine, domine
Colendissime

[1.] Nescio, an quis ex Hungaris huius collegii alumnus ad d[ominum] V[ostrum] E[xcellentum] scripserit de quodam decreto nuper edito ab E[minentissi]mis

---

[18] Georgius Merenda 1762 májusától egészen haláláig, 1795 decemberéig volt Eszterházy római ágense.

cardinalibus protectoribus, sed cum fieri hoc possit, nisi fortasse factum iam sit, mei muneris esse duxi ipsius decreti copiam ad d[ominum] V[ostrum] E[minentissimum] mittere, de omnibus certiorem sincerè reddere, et E[minentissi]morum aequitatem a mendaciis, calumniisque vindicare.

[2.] Mense Iulio praeterito fortè incidit sermo cum E[minentissi]mo Marefosco[19] uno ex protectoribus de numero Hungarorum, et Croatorum, qui in unam coalescebant nationem, cum si omnes admissi advenissent, vigintisex numerum attigissent, cumque utrorumque dissidentes animos exposuissem, undè lites, ac iurgia exoriebantur, E[minentissi]mus dixit, in duas nationes dividendos omninò esse. Hoc relatum a me fuit coeteris E[minentissi]mis protectoribus, qui rei aequitatem, ac commodum animadvertentes facilè in eamdem sententiam descenderunt, decretumque subscripserunt. [3.] Aliqui ex hungaris statim conquaesti sunt, sed immerito; nam hae quas afferunt, quaerimoniae vel falsae sunt, vel nulli omnino fundamento innituntur.

[4.] Dicunt ii 1º nullum ius, nullumque locum Croatis esse in hoc collegio, et in hungarorum tantum supplementum advenire; sed in constitutione Gregoriana incipiente Ita sunt,[20] haec expressè habentur = statuimusque, quod perpetuis futuris temporibus duodecim scholares Hungari, vel in provinciâ Croatiae, serì Sclavoniae tantum nati in Collegio Germanico, et Hungarico manuteneri possint = ast licet hoc statutum a Pontifice fundatore non esset, nulla iniuria hungaris invocatur;[II] non enim agitur de Hungaris expellendis, seu non admittendis, nullumque novum ius Croatis tribuitur.

Dicunt 2º maiorem esse numerum Croatarum, quamvis Hungari undecim modo alumni sint, sed hoc ex libero pendet E[minentissi]morum arbitrio, qui tamen necessitate compulsi maiori in numero Croatas admiserunt; ferè enim omnes Croatae pro philosophiâ admissionem exposcunt, et nemo ex Hungaris, uno tantum dempto, pluribus abhinc omnis pro phisicâ expostulavit.

Dicunt 3º festum S[ancti] Martini[21] semper ab Hungaris celebratum fuisse, sed una semper cum Croatis, uti factum etiam est in festo S[ancti] Stephani regis Hungariae, adeo ut ius eadem dicendi esset etiam Croatis. Simul igitur, coniunctimque ab ambo[III] utrisque duae illae festivitates celebratae sunt, et iure meritoque divisas inter nationes ab E[minentissi]mis divisae, quod aequius etiam videbitur, si animadvertatur, quod caeterae totius Germaniae nationes unum tantum Sancti alicuius patroni festum agunt. Notandum insuper hic est, totam hanc nationum festivitatem in hoc tantum sitam esse, quod nationis decanus officiales in missa, et alumnum Panegenim de patrono super mensam habiturum designet, quod usque adhuc, et proximis praesertim annis a decano vel Hungaro, vel Croata promiscue

---

[19] Mario Marefoschi kardinálist (1714–1780), akit XIV. Kelemen pápa 1770-ben kreált bíborossá, majd az 1773-as, új kollégiumi bizottság tagjai között is megtaláljuk; egyedüliként az előző protektori testületből. BITSKEY, 1996. 93.; RIZTLER, 1952. 27.

[20] XIII. Gergyely 1580. április 13-i bullája, amely a *Collegium Hungaricum*ot a német kollégiummal egyesítette, és a Magyarországról érkező diákok számát (a horvát és szlavón diákokkal együtt) tizenkettőben állapította meg. BITSKEY, 1996. 46.

[II] A *c* helyén *g* szerepel.

[21] Szent Márton Horvátország legfőbb védőszentje.

[III] A szó át lett húzva.

factum est, quisque ex duabus tunc unitis nationibus esset decanus, antiquior scilicet ex adventu in collegium.
Dicunt 4°, adnitente Zagrabiensi ordinario divisionem hanc factam esse, decretumque extortum, sed falsissimum est, cum neque directè, neque indirectè de hoc scripserit, aut ullo modo hoc curaverit, quinimo nullas umquam litteras alicui dederit, quae de alia etiam quapiam re agerent.
Dicunt 5°, actum iam esse de Hungaris in collegio hoc, sicuti actum est in collegio Bononiensi;[22] Croatas ius omne sibi vindicaturos, nullumque Hungaris locum superfuturum. Quid factum fuerit in collegio Bononiensi prorsus ingnoro, hoc tantum scio, nullam ex hac divisione Hungaris iniuriam, nullumque praeiudicium oriturum, sicuti nulla umquam iniuria, praeiudicium nullum coeteris Germaniae alumnis, qui in nationes decem divisi sunt, exortum fuit, aut erit exorturum.
De quo igitur conqueruntur? Quid illis timendum est? Metuerem potius, ne E[minentissi]mi protectores ob iniustissimas quaerimonias de aequissimo decreto offensi difficilius eosdem in collegium admitterent. Praetereo turbas ab iisdem alumnis excitatas, praetereo beneficia, quibus docilitate, atque obedientia respondere debuissent, praetereo alia plurima, quae ad rem facerent, ne longior sim, et D[ominum] V[ostrum] E[minentissimum] patientia[IV] abuti videar. Finem igitur meae epistolae impono, et ad omnia D[omino] V[ostro] E[minentissimo] mandata me paratissimum offerens omni cum veneratione, et obsequio reverenter permaneo.

Dominationis Vestrae Excellentissimae

Romae 30.[a] Novembris 1771

Humill[issim]us obseq[uentissi]mus servus
Jo. Bapt[ist]a Guerrieri rector Coll[egium]
Germ[anicum] Hungarici

**8.**
**Róma, 1772. január 22.**

*1. Nem akar mentegetőzni a dekrétum miatt.– 2. Megismétli, hogy a pápai bulla értelmében a diákok száma csak tizenkettő lehet, és ezt a kollégium gazdasági helyzete is megköveteli.– 3. Ugyanakkor örömét fejezi ki, mivel a magyar diákok nagyon figyelmesek, kedvesek vele szemben.*

Exc[ellentissi]me, Ill[ustrissi]me, ac Re[verendissi]me d[omi]ne, domine Colendissime [1.] Non ut E[minentissi]morum protectorum defenderem, decretum[V] neque ut me excusarem, dominationi V[ost]rae Exc[ellentissi]mae obsequentissi-mas litteras dedi praeterito mense Novembri, cum neque E[minentissi]mi mea indigeant defensione, neque quidquam actum a me sit, quod excusationem ex-

[22] Az 1553—1557 között alapított bolognai *Collegium Hungaricum*ban szintén számos horvát diák folytatott tanulmányokat. Bitskey, 1996. 17.
[IV] A szó beszúrásként szerepel.
[V] A szó beszúrásként szerepel.

posceret; non enim ipse memoratum decretum edidi, et ea tantum, quae ab E[minentissi]mis iniuncta mihi fuerant, executioni mandavi; sed cum relatum mihi fuerit, nonnullos Hungaros alumnos dixisse, se de laudato decreto in Hungariam scripturos, imo paratam etiam epistolam legerim, in qua multa falsa immiscebantur, muneris mei esse duxi, omnia sincerè dom[in]i V[ostr]ae Exc[ellentissi]mae significare, et a mendatiis veritatem vindicare. Si vero praematurè meae litterae redditae sunt, hoc tantum in causa fuit, quod id, quod ab aliis faciendum dicebatur, vel omissum, vel, ut verius loquar, retardatum ab ipsis fuerit; alioquin molestas dom[in]i V[ostr]ae Exc[ellentissi]mae non fuissem, et de re neque mea, neque alicuius momenti, prorsus siluissem.
Muneris mei ratio postulat, ut ea, quae seu ad huius collegii disciplinam; seu oeconomicam pertineat, ad E[minentissi]mos protectores, penes quos summa auctoritas est, referam, eorumque mandatis obtemperem; nec raro solet aliquid accidere, quod moram non patiatur, et prompta egeat remendatione. Collegio cosultum satis non esset, si remedium per menses expectandum foret, et temeritatis; atque inobedientiae reus essem, si quidquam E[minentissi]morum auctoritati per me detraheretur, vel eorum mandata exequi detrectarem.
Numquam dubitavi, quin dom[ina]tio V[ostr]a Exc[ellentissi]ma sibi subiectos licet remotos in officio continere possit, sed quatuor supra centum continendi sunt ex universa penè Germania, et Hungaria, adeoque iure, ac merito per pontificias constitutiones ius corrigendi, poenas irrogandi, decernendi praesertim E[minentissi]mis protectoribus tribuitur, qui nova saepè decreta condere consueverunt, prout rerum circumstantiae postularunt.
[2.] Decretum toties memoratum non meae nudae innititur informationi, sed veritati, experientiae, quibus E[minentissi]mi plurimum pollent; cum enim Hungarorum, et Croatarum netio adeo excreverit, ut ad numerum viginti sex perventam esset, si omnes admissi advenissent, et animo inter se dissiderent, dividendos esse, tranquillitatis, et disciplinae ratio poscebat, neque ulli indecorum, aut praeiudiciorum videri potest; nemini enim quidquam additum est, nemini quidquam detractum, vel imminutam.
Meâ curâ, meoque studio effectum est, ut licet ex pontificiâ constituzione <u>Ita sunt</u> duodecim in hoc collegio vel Hungari, vel Croatae, vel Sclavones manuteneri possint, undecim Hungari numerentur, et non modo duobus abhinc annis in congregatione enixè egi, ut quotquot ex Hungaris candidati, omnes admitterentur, et anno praeterito, ut duo, qui neque postulabant, inter novos alumnos cooptarentur, sed duobus insuper, si advenissent, depositum pro redita centum scutatorum /haud tamen ex collegii redditibus/ me soluturum spoponderim, uti factum est.
[3.] Gaudeo, vehementerque laetor, quod ita me gesserim, ut nullius nationis prae Hungaricâ augendum numerum curaverim, neque cuiquam alteri tot existimationis meae, benevolentiaeque significationaes, et pignora exhibuerim; sin vero aliqui alumni male mihi respondeant, et mendaciis, calumniisque obruere satagunt, bene ipsis facere non desinam, nec quidquam, quod in eorum gratiam, et favorem fieri a me poterit, dessiderari certò patiar. Nil aliud huc usque curavi, et in posterum curabo, quam iniuncti mihi oneris partes explere, omnium utilitati prospicere, et E[minentissi]morum protectorum mandatis obedire: quapropter mihi culpae vertendum non erit, si quid collegium hoc, vel societas detrimenti

copiat, et quidquid absque mea culpa acciderit, patienter feram, uti nonnullarum ex alumnis fero ingrati animi vixium, undocilitatem, et calumnias. Quod si caeterorum commodis inservire exopto, eo magis reverentiam, veneratioremque meam dom[ination]i V[ostr]ae Exc[ellenissi]mae quacumqua in re testatam volo, nec quisquam maiori erit obsequio, quam ego sum.

Dominationis Vestrae Exc[ellenissi]mae, Ill[ustrissi]mae, ac Reverendissimae

Romae 22.[a] Ianuarii 1772 Humill[issim]us obsequentiss[im]us servus
Jo. Bapt[ist]a Guerrieri rector Coll[egium]
Germ[anic]o Hung[aric]o

**9.**
**Róma, 1772. november 4.**

*1. Guerrieri értesíti Eszterházy püspököt Péchy Antal megérkezéséről.– 2. Ugyanakkor a diák viselkedését a rektor gyanúsnak ítéli, és erre vonatkozólag Péchy diáktársaitól már több panasz is érkezett.– 2. Az elhelyezéséhez szükséges 100 római aranyat Péchy nem vitte magával, sőt, azt mondta, ezt a püspök tiltotta meg neki, és Eszterházy azt majd később elküldi, de nemcsak a pénz, hanem ruhái is hiányoznak. Ezeket vagy elvesztette, vagy odaadta valakinek, vagy Róma közelében ellopták tőle. Ugyanakkor a kollégium egyik volt diákja tudja, hogy mind a szükséges pénzt, mind pedig ruháit Bécsben megkapta.– 3. A rektornak még arról is beszámoltak, hogy Péchy az utazási díj dupláját fizette ki.– 4. Ha a diák dolgai előkerülnek, tudatni fogja a püspökkel, de kéri ezzel kapcsolatban a püspök is adjon választ.*

Illustrissime, Excellentissime, ac Reverendissime domine domine mihi Colendissime

[1.] Die primâ huius mensis tardius caeteris Hungaricis candidatis advenit d[ominus] Antonius Pechi,[23] et multa de suo itinere non mediocrem ingerunt suspicionem. Cum ferre non posset sociorum admonitiones, uti ab uno relatum mihi est, ab illis se divisit, ex tribus Polonis se comitem adiunxit, qui etiam conquaesti nonnihil sunt. Depositum centum scutatorum secum non attulit, dixitque, a dominatione Vestra Excellentissima prohibitum sibi esse, et ab Excellentia Vestra proximae quadragesimae tempore transmissum iri. [2.] Non quidquam pecuniae, non vestium secum habebat, et omnia in itinere amisisse, asserebat, vel prope Romam vestes furto ablatas esse. Pecuniam, aliasque res Viennae traditas, ut uni ex iis alumnis deferret, redditas non esse audivi, dictumque ab illo esse, has apud Polonos manere; at contubernalis Hungarus testatus est, apud d[ominum] Antonium esse. [3.] Relatum etiam mihi fuit, non parvam itineris partem simul p[er] vecturam, et portam fecisse duplicatis expensis. Nonnihil etiam suspicionis addit, quod mihi gratiosissimas Excellentiae V[ost]rae litteras non reddebat, quas cum hesternâ die resciverim a contubernali visas, per eumdem poposci, redditaeque tandem mihi sunt. [4.] Prout se res habent, dominationi Vestrae Exc[ellen-

[23] Péchy Antal 1772 és 1776 között folytatta tanulmányait a kollégiumban. BITSKEY, 1996. 255.

tissi]mae significo, atque humiliter rogo, ut dignetur aliquid de deposito mihi rescribere; interim me ad omnia sua mandata me paratissimum exhibeo, et omni cum veneratione, atque obsequio demisse permaneo.

Dominationis Vestrae Ill[ustrissi]mae, Exce[llentissi]mae, ac Reverendissimae

Romae 4.[a] Novembris 1772

Humillimus, addictissimusque servus
Jo. Baptista Guerrieri rector

## Rövidítések és irodalomjegyzék


ADRIÁNYI
1975 ADRIÁNYI Gábor: *Az egyháztörténet kézikönyve.* München, 1975.

BALÁZS–MONOK
1990 BALÁZS Mihály–MONOK István: *Pápai szemináriumok magyarországi alumnusai.* Szeged, 1990.

BITSKEY
1996 BITSKEY István: *Hungáriából Rómába. A római Collegium Germanicum Hungaricum és a magyarországi barokk művelődés.* Budapest, 1996.

FRAKNÓI
1887 FRAKNÓI Vilmos: *Egy magyar jezsuita a XVI. században. Katholikus Szemle* 1 (1887) 1. sz. 401–418.

RIZTLER
1952 *Hierarchia catholica medii et recentoris aevi 6.* (ed. Remigius RIZTLER) Patavii, 1952. 27.

MIHÁLYFI
1896 MIHÁLYFI Ákos: *A papnevelés története és elmélete.* Budapest, 1896. 188–198.

STEINHUBER
1895 STEINHUBER, Andreas: *Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom.* Freiburg, 1895. Band II. 148, 150–151.

VERESS
1917 VERESS Endre: *A római Collegium Germanicum Hungaricum magyarországi tanulóinak anyakönyve és iratai.* Budapest, 1917.

1941 VERESS Endre: *Olasz egyetemeken járt magyarországi tanulók anyakönyve és iratai (1221–1864).* Budapest, 1941.